Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

petre non cantabit hodie gallus donec ter abneges nosse me. Dixit
eis. Quando misi vos sine sacculo et pera et calceamentis numquid aliquid
defuit vobis. At illi dixerunt: Nichil. Dixit ergo eis: Sed nunc qui habet sacc
tollat similiter et peram. Et qui non habet vendat tunicam suam et emat gladium.
Dico enim vobis quia adhuc quod scriptum est oportet impleri in me et
quod cum iniquis deputatus est. Etenim ea que de me scripta sunt finem habent.
At illi dixerunt: Domine ecce gladii duo hic. At ille dixit eis: Satis est. Et
egressus ibat secundum consuetudinem in montem Oliveti. Secuti sunt autem illum et
discipuli. Et cum pervenisset ad locum dixit illis: Orate ne intretis in temptacionem.
Et ipse avulsus est ab eis quantum iactus est lapidis et positis genibus
orabat dicens: Pater si vis transferre calicem istum a me. Verumtamen non mea
voluntas sed tua fiat. Apparuit autem illi angelus de celo confortans eum. Et
factus in agonia prolixius orabat et factus est sudor eius sicut guttae san
guinis decurrentes in terram. Et cum surrexisset a oratione et venisset ad
discipulos suos invenit eos dormientes prae tristicia. Et ait illis: Quid dor
mitis? Surgite orate ne intretis in temptacionem. Adhuc eo loquente ecce ce
ba et qui vocabatur Iudas unus de duodecim antecedebat eos. Et appropinquavit
Iesu ut oscularetur eum. Iesus autem dixit illi: Iuda osculo filium hominis tradis?
Videntes autem hi qui circa eum erant quod futurum erat dixerunt ei: Domine
si percutimus in gladio? Et percussit unus ex illis servum principis sacerdotum et
amputavit auriculam eius dexteram. Respondens autem Iesus dixit: Sinite usque
huc. Et cum tetigisset auriculam eius sanavit eum. Dixit autem Iesus ad eos
qui venerant ad se principes sacerdotum et magistratus templi et seniores:
Quasi ad latronem existis cum gladiis et fustibus. Cum cotidie fui
tecum vobiscum in templo non extendistis manus in me. Sed hec est hora vestra
et potestas tenebrarum. Comprehendentes autem eum duxerunt ad domum principis sa
cerdotum. Petrus autem sequebatur a longe. Accenso autem igne in medio atrio